Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



cundis qui xpiana professione censentur et illa respue que huic iuncta sunt noi et ea que sunt aptia sectari p. Ye. e. b. petri apostoli.

Fratres. Obsecro uos tamquam aduenas et pegrinos abstinere uos a carnalibus desideriis que militant aduersus animam conscientiam uestram inter gentes habentes bonam ut in eo quod detractant de uobis tamquam de malefactoribus ex bonis operibus uos considerantes glorificent deum in die uisitationis. Subiecti estote omni humane creature propter deum siue regi quasi precellenti siue ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum laudem uero bonorum. Quia sic est uoluntas dei ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentiam hominum insipientium. Quasi liberi et non quasi uelamen habentes malitie libertatem sed sicut serui dei. Omnes honorate fraternitatem dilligite. Deum timete regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore domini non tantum bonis et modestis sed etiam discolis. Hec est enim gratia. Mutuo iuuate. Deo. Alla.

Modicum et non videbitis me dicit dominus iterum modicum et videbitis me quia uado ad patrem. Alla. Pastor bonus qui posuit animam suam pro ouibus suis et pro suo grege mori dignatus est. Ew. Modicum et iam non. Ps. Cxx. Offertorium. Laudate animam meam dominum laudabo dominum in uita mea psallam deo meo quamdiu ero alleluia. Secreta. Hiis nobis diuine mysteriis conferatur quo terrena desideria mitigantes celestia discamus amare celestia p. Co. Modicum et non videbitis me alleluia iterum modicum et videbitis me quia uado ad patrem alleluia alleluia. Comp. Sacramenta que sumpsimus quesumus domine et spiritualiter nos instruant animas et corporaliter tueantur. Dominica iiii. Introitus. Gaudete domino cantate nouum alleluia. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra alleluia. Ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam alleluia. Saluabit eos dextera eius et brachium sanctum eius alleluia. Deus qui fidelium mentes unius efficis uoluntatis da populis tuis id amare quod precipis id desiderare quod promittis ut inter mundanas uarietates ibi